



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Homilia LVI. At illi, ut uiderunt eum ambulans super mare, putauerunt spectrum esse, & exclamauerunt. Omnes enim uidebant eum, & conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis, dixitq[ue] eis: ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

Et leonem fauces constrinxit, ne Danielem laderent. Et multa extant eius generis exempla, quod Dan. 3. 6.
 ram omnium usus est, ne periculorum magnitudine territi de Dei auxilio desperemus, cui nihil im-
 possibile est. Interim obseruabis, quod se preteriturum simulat, nimirum ut ipsorum fidem magis
 exerceret. Et idem hodie non raro, quando exeret quidem non obscura sue potentie signa, sed eiusmo-
 di, que nihil ad nos facere videantur, dum nos assiduis afflictionibus exerceri sinit. Vbi quod in alijs
 liberandis prestat, ad nos transferre debemus, nec dubitare, quin eundem ipsi etiam experturi si-
 mus, ubi nostra redemptionis dies aduenerit. At de hoc in sequenti sermone commodius dicetur.
 Discamus modo, Deum iusto iudicio & consilio saluari suis varias tribulationes immittere, sed
 tandem illos clementer tueri. Armemus ergo nos patientia & fide in Christum constanti, cuius ope
 omnibus aduersis superiores aliquando reddemur. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas
 in aeternum. Amen.

4. Christus si-
 mulat se disci-
 pulos preteriu-
 rum esse.

HOMILIA LVI.

At illi ut uiderunt eum ambularem super mare, putauerunt spes-
 trum esse, & exclamauerunt. Omnes enim uidebant eum, & contur-
 bati sunt. Et statim locutus est cum eis, dixitq; eis: Confidite, ego sum,
 ne timeatis. Et ascendit ad eos in nauim, quiseuitq; uentus: & ualde ex-
 abundantia apud sese percellabantur, & mirabantur. Non enim intelle-
 xerant de panibus. Nam cor eorum occalluerat.

HOMINIS uitam, Christiani imprimis, laborum & periculorum plenam esse, omnis scriptura te-
 Argumentum
 statur, & experientia quotidiana abunde probat. At quia his superata caro frequenter peccat, & usus praes-
 entis loci.
 cam aut Deo impatiens obmurmurat, aut ad media illicita confugit, necesse est aduersum, qui-
 bus exercemur, rationem probe cognitam habere, ut quid in illis fieri conueniat, & unde auxilium
 peti & expectari debeat, intelligamus. Id cum scriptura passim tradat, Christus tamen in praesenti
 historia, seu speculo nobis contemplandum proponit. Primum enim dum ab ipso impulsus nauigant, &
 nauigando periclitantur Apostoli, nihil nobis absque sua providentia co-
 silio accidere docet. At
 idem interea suos periclitantes uidet, pro ipsis orat, & sub quartam vigiliam super fluctus tume-
 scentes miraculo ambulans, illis opem laurus accurrunt nimirum ostendens, se nostri curam nun-
 quam deponere, & mediatorem esse fidelem, qui pro nobis apud patrem nunquam non intercedat, &
 tandem opportuno tempore ex quouis periculo poterit afferat. In praesenti autem altera historiae
 pars consideranda uenit, quae primum ut Apostoli ad Christi conspectum affecti fuerint, narrat:
 deinde illius bonitatem simul atque diuinam potentiam: & tandem miraculi effectus luculenter
 describit.

Apostoli cum Christum insolito modo super aquas ambularem uiderent, spectrum esse putant: i. Apostoli
 quoniam nocturnam angantibus saepe occurrunt; & cuius generis multa hominibus fatan obijcit, quibus
 terrores, uel superstitionum causas offerre conatur. Inter Christianos certe purgatorius ignis &
 quae hostia Missarum pro defunctis atq; exequiarum nundinatio ex apparitionibus & spectris dia-
 bolici orum habuit: de quibus facile iudicare possunt, qui ex Dei uerbo didicerunt, credentium spi-
 ritus a morte in uitam transire, impios uero similiter ad eos colligi, quorum uestigia secuti sunt. Et
 Apostoli quidem tale quid esse putantes, adeo terrentur, ut praeter meum exclament. Facit hoc ad peri-
 culum augendum, quando iam sibi non modo cum uento & fluctibus, uerum etiam cum malo demone
 rem fore arbitrantur. Nobis autem obseruanda est discipulorum infirmitas: qui est eum Christo
 dia conuersati, miracula eius plurima, & maiora hoc praesenti uidissent, nunc tamen metu superati,
 illum ne agnoscerent quidem, nec eorum, quae antea uiderant, recordantur, ut saltem ex illis aliquam
 spem sine consolationem concipiant. Simile quid illos post resurrectionem Christi passos fuisse, Lucas
 scribit. Discamus hinc nostram infirmitatem agnoscere, quae in pijs quoq; & electis tanta esse solet, ut
 apparitionibus et reuelationibus diuinae potentiae & gloriae caelestis totis animis consternerentur, prius
 quam consolationem, quae per has offerretur, percipiant: cuius rei exempla alibi etiam in Apostolis &
 Matth. 17.

i. Apostoli
 Christum pu-
 tant spectrum
 esse, & terren-
 tur.
 i. i. 5.
 Ezech. 32.
 Isai. 14.
 Luc. 16:

Luc. 24.
 Daniel. 10.
 Matth. 17.



8. Aor. 9.
Apoc. 1. &c.

prophetis plurima habemus. In impijs vero ita animos excitat ista natura corruptio, ut & Christum et doctrinam ipsius instar spectri terribilis & abominandi semper odisse & subterfugere solent. In quorum consideratione ita nobis versandum est, ut & horum terroribus salvis, iniqui non offendamur, & nostra ipsorum infirmitati assiduis precibus & indefesso verbi Dei studio meditari agamus, &c.

Pericula augentur, dum libertio appropinquat.

At simul hinc Dei morem observabis, qui tunc pericula augere omnem bene sperandi occasionem quasi eripere solet, quando salus in propinquo adest. Ita olim Israelitarum infantes occidi periculis, cum liberationis tempus instaret, & Moysen prius in exilium eici oportuit, quam populi libertio munus susciperet. Nec eosdem prius per mare rubrum traduxit, quam Aegyptij a tergo immoventibus toti trepidarent. Et David priusquam ad regnum perveniret, regni finibus excisis totum populum in asylum quaerere cogitur. Ezechiae item tunc demum advenit saluator angelus, quando universa obsidione pressis, nulla in humanis spes salutis reliqua erat. Quod & illud referri debet, quod cum Iudeorum res deploratissima essent, iamque regi sceptrum amisso (sicuti Iacob olim praedixit) Romanorum Caesarum tyrannidi subiacerent, Dei filius, Christus Iesus, natus voluit. Quod priusquam publice huius generis multa experimur, quae ad hunc modum Deus administrare solet, ut libertio sit liberationis beneficium, & nos tribulationum disciplina emendati, nihil posthac nostris tribuere, sed ab illo vno pendere discamus. Nec enim interea de illius gratia & auxilio nos dubitare decet: quando fidelem esse constat, qui suos ultra vires tentari non patitur: sicuti ex hoc etiam modo sequuntur, abunde patebit.

1. Sam. 27.
Isaie 37. 63.

Genes. 49.
Luc. 2.

2. Cor. 10.

II. Christus terribitos consolatur.

Nam novo terrore correptos & praemetu exclamantes amice compellat Christus, & hanc mentem consolatur. Confidite (inquit) ego sum, ne timeatis. At qui tempestatem subito sedate, aut miraculose in portum subducere poterat. Sed diffidentiae malo prius mederi voluit, quod necesse obstat, ne oblatam a Deo salutem amplectamur. Et fide opus esse ijs, qui Dei opem & auxilium implorant, universa scriptura docet. Fides autem eiusmodi exigitur, quae Christi salutem agnoscit, populi scripturae proponunt, verum scilicet Deum et hominem, qui nobis a Deo patre datus & reus propter datus sit, quibus nos in quovis periculo iuvare possit & velit. De hoc in praesenti admovent, quando discipulos consolaturus, non alio argumento utitur, quam quod se ad se dicit. Ego sum, inquit, quibus dicat: Ego vester ille praceptor, magister & saluator, qui communis salutis hominum causa a hominibus in mundum veni, ut vobis succurram adsum. Si ergo me recte novistis, & eorum quae a me facti, recordamini, non est quod ad meum conspectum timeatis, &c. Et sane qui Christum reverentur, & hunc sibi adesse credunt, facile omnes terrores & omnem periculi metum superant. Quia enim de illius erga se voluntate dubitabunt, cuius tot argumenta passim occurrunt? At nec de illius potentia dubitare licebit, quando illum cum patre vnum esse, & omnem a patre potestatem accepisse constat. Nondum ergo Christum noverunt, qui in quovis periculo vel fidem omnem abijciunt, vel in solo relicto ad creaturas convertuntur.

Fide opus est ijs, qui divinitus iuvantur.

Quod autem Apostolis dicitur, singuli mortali sibi privaciam dictum esse intelligunt, & universales Christi promissiones, quibus laborantes omnes ad se invitant, suamque opem praesentem sibi pollicetur, sibi ipsi inter pericula constituti accommodent: sic ut se quoque a Christo invitati, & Christum praesentem habere, firmiter credant, nec etiam fidei infirmitate offendantur, quae merentur in electis quoque tum se exerit, quando toti feruere videntur. Docet hoc in praesenti historia per exemplum, quod a Mattheo descriptum, Marcus brevitatis causa omisit. Is enim ubi Christum ad esse audit, illumque ex voce agnosce, mox eum ad se quoque privaciam pertinere credens, illi per ventos fluctus occurrere cupit. Nec illius zelum Christus improbat, sed ipsum ad se venire iubet. Qui magno animo nauim relinquit, aliquid usque progreditur, quam diu nimirum constanti in Christum fide sustentatur. Tandem vento vehementiori exorto diffidere incipiens subsidit. Clamantem vero et opem suam invocantem Christus liberat, & amice reprehensum secum in nauim dedit. Quae historia pars ut nos officij admonet, ita plurimum consolationis habet, cum ostendat fidei zelum, etiam in consideratione, Christo placere, & eundem nos in fide interdum narrantes non abijcere. Qui enim non timere patitur, ut nostram nobis infirmitatem ostendat, idem ad se clamantibus manum porrigit, & novas vires suppeditat, quibus aduersorum fluctus & procellas omnes superemus. Praedicit hoc etiam

Ioan. 3. 10.
Matth. 28.

Singuli promissiones universales sibi ipsi applicant.

Matth. 11. 28. etc.

Isaie 42.

...quando illum nec arundinem quassatam contereere, nec linum fumigans extinguere ait. Et exempla huius diuinae bonitatis multa passim occurrunt, inter quae cum primis memorabilia sunt, quod supra in Lairo vidimus & quod infra Cap. nono in patre demoniaci vel lunatici cuiusdam proponitur. Debet ista nos consolari, ne mox desperemus, si quando nos in fide minus firmos esse sentimus. Interim infirmitati nostrae nequaquam indulgendum est, sed curandum, ut indies progressus maiores faciamus, & fidei nostrae professionem tum innocentiae & charitatis studio, tum inuicta in periculis animi constantia testemur.

Restat postrema historiae pars, qua miraculi tanti effectus continetur. Et primo quidem Christo nauim ingresso ventus quiescit, & proinde periculo liberati sunt, qui iam perituri videbantur. Est huius diuinae potentiae in Christo euidentis argumentum, quo simul docemur, hunc solum esse, qui ecclesiam inter huius seculi undas fluctuantem conseruare atque tueri possit. Admonemur praeterea, quid esse facere conueniat, qui vel conscientiae fluctuantis aestibus vel aliunde incidentibus malis liberari, & pace vera frui cupiunt. Quia de re hodie ab omni loci & ordinis hominibus tam publice quam priuim disputatur. At vnica pacis assequende ratio est, si Christo locus datur, qui solus nos patri reconciliat, solus conscientiam pacem conferat, solus aduersa omnia vel pacare, vel ita gubernare potest, ut nobis in bonum cooperentur. Quia de re hodie ab omni loci & ordinis hominibus tam publice quam priuim disputatur. At vnica pacis assequende ratio est, si Christo locus datur, qui solus nos patri reconciliat, solus conscientiam pacem conferat, solus aduersa omnia vel pacare, vel ita gubernare potest, ut nobis in bonum cooperentur. Quid mirum ergo, hodie terrarum orbem eos malis infestari, quando vix ipsam Christo locus est, sed illo cuncto immanissima scelera passim impune grassantur?

Postremo omnes obstupuisse dicuntur pra. admiratione rei insolite, quamuis nonnulli ipsum Deum esse profiteantur, & adorent, sicuti Mattheus scribit. Sunt ergo inter electos quos, duo hominum genera. Primum perfectiores habet, qui Christum ex suis operibus & voce mox agnoscunt atque reuerentur. Et hi nobis imitandi sunt: ut sicut isti solum Christum adorant, non Petram, licet ipse quoque aquis inambulasset: ita nos quoque vnum Christum salutis omnium auctorem agnoscamus, & illum solum colamus. Alterum genus imperfectiorum est, qui etsi opera plusquam humana videant, & illa admirentur, veram tamen eorundem causam non intelligunt, sed ingenito stupore adhuc impediti, primum etiam obliuiscuntur, ex quibus de reliquis indicare debebant. Nobis autem hic Dei bonitas est agnoscenda, qui (ut antea quoque diximus) eiusmodi imperfectionem in suis clementer ferre, & condonare, donec proficiant, paternè admodum fouere consuevit. Videndum tamen, ne illius indulgentia abutatur, sed ipsius vocationem secuti, per quacumque pericula intrepide penetremus, donec superatis huius mundi ventis & fluctibus optatum salutis aeternae portum ingrediamur, per Christum ipsam, cui debetur benedictio, honor & potestas in aeternum. Amen.

III. Miraculi finis & effectus. Christo locus datur, qui periculis liberari uolunt. Matth. 3. 17. Rom. 5. 8. Iste 66. Iohannis 14.

inter electos alij alijs inferioriores sunt.

Dei bonitas & indulgentia.

Et cum traiecissent, uenerunt in terram Genezareth, & appulerunt. Tunc ipsi egressis è nauis, statim agnito eo, cum percurrissent totam circumiacentem regionem illam, coeperunt in grabbatis male affectos circumferre, ubicumque audiebant illu esse. Et quocumque introisset in uicos, aut urbes, aut agros, in foris ponebant infirmos, & precabantur eum, ut uel simbria uestimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eum, seruabantur.

Exposuit hucusque, Euangelista duo eximia Christi Iesu miracula, quae a postolorum emissioni et Iohannis Baptistae decollationi commodè subiecit, ut doceret, nihil unquam defuturum illis, qui Christum uere secuti fuerint, & quod idem suos inter quacumque pericula tueri possit simul & uelis. At quia